Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/321490

# THESES

# JURIDICAE INAUGURALES.

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS ARENTIUS WIELING,

AMSTELODAMENSIS.

Ad diem XXVII mensis Junii, anni MDCCCXLIX, hora II.

TRAJECTI AD RHENUM,

Apud L. E. BOSCH ET FILIUM, Typogr.

MDCCCXLIX.

# THESES.

I.

Liberi ex matrimonio putativo q. d. nati, etsi parentes vel alter eorum in bona fide erant, in Jur. Rom. legitimi non habentur.

II.

Nulla antinomia est inter L. 29. § 2. D. *de inoff test.* et L. 5. § 4. D. *de appell.*

III.

Jus vindicandi caduca patribus per constitutionem ANTONINI (Ulpiani fragmenta XVII. § 2.) ademtum videtur.

IV.

Recte Abrah. wieling (Lectionum Jur. Civ. L. 1. c. 19) reiecit coniecturam antonii fabri in L. I. § 21. D. *de adquir. vel omitt. poss.* legendum esse *corpore* et *tactu*, loco *corpore* et *actu.*

V.

Legata fiduciario in quartam Falcidiam non imputantur.

VI.

Curator honorarius non adjungitur marito, uxoris suae curatori.

VII.

Minus probanda sententia ampl. Vernede (ad art. 504. C. C.) maritum a *iudice cantonnali* uxori curatorem *dari.*

VIII.

Bene statuit Legislator noster, prodigum testamentum facere posse.

IX.

Servitutes discontinuae praescriptione constitui nequeunt, licet adsit titulus a non domino profectus.

X.

Praedio hypothecae adstricto servitutes imponere licet, etsi iis deterius reddatur.

XI.

Portio filialis secundo conjugi relicta, omnibus liberis praedefunctis, totam hereditatem continet.

XII.

Probandum est, quod legislator noster statuit, *traditionibus*, non conventionibus dominium transferri.

XIII.

Probandum est quod legislator art. 110 C. M. nullum jus in re concesserit in *provisione*, quae dicitur.

XIV.

Verba art. 321. C. M. „Deze aansprakelijkheid houdt op door den afstand van het schip," pertinent ad obligationes cum e delicto tum etiam ex contractu.

XV.

Si merces, quae in navigatione perierunt, propter culpam magistri in aliam navem translatae fuerant, damnum ad debitorem nautici foeneris pertinet.

XVI.

Qui foro cedit, facultatem de rebus suis disponendi amittit a die denuntiationis, non a die sententiae.

XVII.

Verbo *armes* art. 101 C. P. lapides non intelliguntur.

XVIII.

Nulla poena statuenda est in eum, qui ob qualemcunque causam sponte et ultro a perficiendo delicto abstinuerit.

## XIX.

Delictum perfectum q. d., minore poena afficiendum est, quam delictum consummatum.

## XX.

Qui testes subornaverit puniri deberet, licet ab iis falsum testimonium dictum non est.